

Sed ad sua desideria coaceruabant sibi magistros prurientes auribus & à veritate quidem  
 auditum avertent ad fabulas autem convertent. Et Dominus per Prophetam,  
 audi quid præceptione dicat, clama ne cesses & exalta vocem tuam & annuncia populo  
 mea scelera eorum & Domini Jacob peccata eorum, non licet mihi cum hæreticis palpi-  
 tare ne eorum crimen videar agnoscere. Sic enim illustrissimus Monachus Jeronimus  
 & invictissimus hæreticorum debellator ad Augustinum scribit, magis inquit demus ore,  
 ram ut perniciose hæresis de Ecclesia auferatur, quæ semper simulat penitentiam, ut  
 docendi in Ecclesia habeat facultatem, nam si aperta luce prodierit foras avulsa morie-  
 tur. Et cum, sim ego similis medicus, medicus non amat agrotantem, si non dicit agri-  
 tudinem, et libet agrotum febrem prosequitur. Nolite amare vitia amicorum ve-  
 strorum, si amatis amicos. Nonne inquit Dominus quod amo corrigo & castigo. Ego  
 enim mi Georgi non odio Roxegaram & eius sequaces, ut tu existimas, sed eorum  
 scelera, sed hæreses, sed errores. Si erubescunt dici hæretici, efficiantur Catholici,  
 obediant Maximo Pontifici, suscipiant ritus & consuetudines Sanctæ Romanæ  
 Ecclesiæ, abjurent, petantque humiliter & devotè à tantis malis perpetratis absolvi, si  
 æternas cupiant evitare penas. Nonne mi Georgi vester Deus Roxegana fur  
 & latro voce Christi comprobatur, dicentis: Amen amen dico vobis qui non intrat  
 per ostium in ovile ovium fur est & latro. Quisnam Diabolum illum vestrum Pa-  
 storem præfecit, qui sacerdotis utens, et firmissimè fertur non est sacerdos, qui cele-  
 brans & predicans auctoritatem & potestatem non habeat predicandi neque celebrandi.  
 Qui cum absoluit ligat, & existimans salutare, omni impietate damnat. Sentisne ista  
 ô infelicissime hominum Roxegana sentisne? venis ad literas tuas mi Georgi quibus sal-  
 vum conductum crebro à me postulatum, & semper denegatum, quemadmodum acerbissime  
 ostendam mihi denegatis verba Christi sunt, Matthæi 10. & non mea. Intrantes autem  
 domum

domum